¶ Et proculdubio hic sumus in terminis præallegatæ Innocétij sententiæ, & aliorum. Primò, quia causa hæc conforme al delicto y culpa que en ella se quiso imputar à la dicha Doña Beatriz por el dicho Don Arias Gonçalo, que es à lo que en esto se ha de tener consideracion, verdaderaméte ha sido y es criminal y penal, iuxta adducta in initio nostræ primæ allegationis. Secundò, porque si se diesse ahora sententia, en que directè ó indirectè se declarasse auerse de executar los dichos executoriales, id planè esset, dictam. D. Beatricem seu eius memoriam, eiusq; filium circa dignitatis suæ statum pœna plecti, vt dicit textus, in. l. penul. ff. de varijs & extraordinar. cognitioni. Et tam matri quàm filio talis sententia infamiæ pœnam irrogaret, matri quidem iuris, filio vero facti, iuxta adducta à nobis in prædicto loco, & tex. in. l. furti. §. 1. ff. de his qui notantur infam. Imo illi cósequés esset, vt retro infames haberétur Et id iure ipso & absq; alio hominis facto contingeret, vt in dicto. §. 1. Et quidem necessariò & præcisè. vt in. l. non poterit. ff. de furt. Et ita vt solus Deus eam infamiam abolere posset, iuxta glos. in cap. ex tuarum, de purga. canoni. Licet quoad effectum eam etiá Princeps posset tollere, vt notat Bald. in. l. Cassius. ff. de Senatorib. nu. 9. & refert Guiliel. Benedict. in cap. Raynutius, de testamen. 2. part. verb. mortuo itaq; testatore. el. 1. nu. 313. de testamen. vbi dicit, quòd etsi Princeps quoad effectum eam tollat, verum quòd infamia facti, quæ apud bonos & graues remanet, prorsus irremediabilis est: imo quod est adeo sordida, quod nec per baptismú n detergitur, vt ibi per eum. Tertio, quia & id procederet, aunque las sententias de los dichos executoriales sean injustas, como lo son: y no solo respecto de las personas, en cuyo fauor se dieron, verum

27 *Quod hic su[...] in terminis prædicta In[...] rum [...]*

om

omnium etiam respectu, iuxta glos.in.l.athletas.§.fin.ff. de his qui notan.infa.quam ibi sequitur Bart.nume.1.& Paul. de Castro nu.2.vbi expresse id procedere notat,etsi sentẽtia iniusta sit vel dicatur: & quod nõ obstat titulus, res inter alios act.quia fallit(inquit) quando sententia cõtinet deminutionem status,quia tunc dicitur facere ius, nõ solum respectu personarum, inter quas est lata,sed etiam respectu omnium. Quartò, quia eadem ratione talis sententia iniuriam inferret, iuxta adducta à nobis in prædicto loco,nume.3. Y tal, que aunq̃ pudiesse auer despues otras sentẽcias,por donde se reuocassen ò retratassen las passadas, illius iniuriȩ damnum nullo modo tolli nec reparari posset:quemadmodum nec maxillatæ damnum tollit potest, vt in.l. si quis prouocatione,& ibi glos.C.de appellatio.vbi ex eo Bald.dicit,quod licet appellare quis non possit antequam grauetur, sed quod si de iudicis intentione appareret, quòd aliquem torquere vellet, ab illa eius intentione appellari posset, ne in actum prorumperet, ex quo grauamen illud semel illatum postea reparari non posset: & id dicit notatu dignum, & menti tenendum. Quinto, quia, vt etiam diximus in prædicto loco num.4. infamia maxima quædam pœna est, eum qui illam incurrit prægrauans, affligens, torquens,inurens, Et corporalis pœna censetur: & tam corpus, quam animam afficit, vt ibi diximus. Et quasi alicuius membri abscisionis seu mutilationis pœna censeri potest, cũ infamis,integer homo non sit,nec dicatur, vt in.l.popularis, & ibi glos.ff.de popula.actio. Et censeri maior debet,quàm si quis condemnaretur in pœnam,vt illi oculi eruerentur, vt probatur ex tex. D. Matthæi cap.18. quem cum alijs ad id allegat Guiliel.Benedi.vbi supra.num.315. Imo por igual pena, ò mayor, quàm ipsiusmet & mortis pœna,cum similis illi infamia censeatur, vt notat Bald. in.l.transigere. C.de transactio. Et quod grauior sit, probatur ex illo D. Pauli.1. ad Corinth. cap.9. *Expedit mihi magis mori, quàm vt quis gloriam*, (id est famam) *meam euacuet.* & refert Guiliel. Benedict.vbi supra num.312.cum sequent. vbi et Principem quendam dixesse solitum refert,pulchrius esse crudeli morte, si honesta esset, occumbere, quàm vitam cũ dedecore perducere. Et Iuuenalem grauissime & Sanctissime (vt ibi inquit) dicentem, *Summum crede nefas animam præferre pudori.* De qua etiam pudoris pœna, quam matres in hoc patiuntur, meminimus in prædicto loco,num.7.

28 ¶ Et est in fortioribus terminis,quod notat Bald.in.l.vni.C.in integ. restitu. postula. vbi præmittens, quod pendente causa restitutionis in integrũ aduersus sententiã postulatæ,executio eius sententiæ,quæ irreuocabilis

Probat.d.c. [illegible] ex decis.Bal.et [illegible] in fortio. terminis.

n. 50.

uocabilis seu irretractabilis esset, fieri non potest: ex eo infert, quod in eius executionem non posset quis in carcerem mitti seu poni: ex quo, vt ibi inquit, grauamen, quod quis ex ea missione in carcerem pateretur, non posset, postea reuocari, iuxta nota, in l. 2. ff. de appella. recipien. Ex quo alias etiam in simili Paul. de Castro in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica. nu. 3. dicit, quod cum pendente causa nullitatis sententiarũ, executio earum, quæ irretractabilis esset, fieri non posit, prout ita ibi per eum notatur, & alios allegando est sequutus Couarru. cap. 25. præcti. quæstio. nu. 2. in fin. versi. secunda constat. Paul. inquam vbi supra ex eo infert, quod si petitur executio fieri in personã per capturam tunc, quia ex illa infertur quædã iniuria, quæ nõ posset postea aboleri, indistinctè executio impeditur, ea nullitatis causa pendente, etiã per viam exceptionis, & quod probatio in promptu non offeratur. In quo eum sequitur Alex. ibi nume. 29. dicens, quod eo casu non posset procedi ad capturam personæ, cum infamia ex ea inferenda veniret & præiudicium irretractabile: & id esse notabile verbum. Et allegat ad id Angel. in repeti. l. nemo carcerem. C. de exacto. tributo. lib. 10. in simili etiam dicentem, quòd aduersus minorem. 25. annis non potest procedi ad capturam etiam in contumacia, cum non sit ita reuocabile præiudicium capturæ sicut primi & secundi decreti, quod potest fieri contra minorem. Et licet Ias. in dicto. §. condemnatum, nu. 24. præfatus, quod si illud Pauli dictum est verum, est valde singulare, & bene ad digitum ligandum: cauendum tamen in eo cẽseat quia, vt ibi dicit, Docto. ibi ab eo citati solum loquũtur in executione irretractabili, putà quãdo agitur de vita vel de aliquo membro abscindendo, cum eo casu impossibile sit, quod executio in eo facta retractari posit: sed captura, inquit, personæ bene est retractabilis, quem à carceribus relaxando. Et quia licet illa captura afferat iniuriam, & ea iniuria non videatur retractabilis: tamen exequutio etiam, quæ in bonis fit verecundiam affert, cum ille cuius bona capiuntur iniuria afficiatur, vt in. §. 1. insti. quibus ex cau. manu. non lice. et tamen exequutio in bonis eo casu non impeditur. Et sequitur ibi Fran. à Ripa num. 22. Zasius vero ibi nu. 8. dicit, quòd fortè de consuetudine illud dictum non procederet, cum propter leues excessus subditi hodie in carceres mittantur, & ne minimam quidem ignominiam ea res paret. Qua propter meliore aliquantulum consilio ductus concludit, quod dictum Pauli est sanè intelligendum. Sed nos quidem Baldi & Pauli sententiam simpliciter veram & tenendam censemus, saltem in personis non vilibus. Quia, vt ipsemet Ias. fatetur ibi nu. 25. apud graues personas maior iniuria re

putatur captura personæ quam rerum & bonorum. Et quia vltra Alexandrum ibi,quem solum Ias.& Ripa allegarunt,inuenimus, quod Panormi.in cap.suscitata,de in integrum restitutio.nu.7. versi.sed aduerte,meminit de illa Baldi sententia, & expresse eam probat ac sequitur: & respondēs satis illi Iasonis argumento,de quo supra: dicens,quòd cū quis in carcerem mittitur licet in facto possit reuocari respectu futuri temporis, sed quod respectu præteriti temporis minimê reuocari potest,nec ignominię respectu,quam quis ex ea misione in carcerem passus fuit,cùm impossibile sit facere, ꝙ quis nō fuerit in carcerem missus, & eam ignominiam passus. Et Vincentius de Hercula.in dicto. §. condemnatū,nu.11.vbi etiam de Paulo ibi meminit. Et ex eo arguit,quod multo magis eius conclusio procederet, si sententia esset lata in causa criminali, & esset corporis afflictiua. Et Baldum etiam & Paulum expresse sequitur Alexander consi.17.lib.1.nu.6. vbi & nu. 7. eius rationē esse voluit,quia saltem ex toto carcerationis actus irreparabilis est,propter incommodum & aliqualem infamiæ notam.Et idem voluit Molinæ.ibi,licet dicat,quòd in ciuilibus non practicatur,cum cautione accepta de soluēdo potest euitari captura.Et expressè etiam Hierony. Gig. in additio.ad Deci.in cap.si quādo.de offi.delega.& Claudi.de Seysello in repetitio.l.vt vim.ff.de iustitia & iure,nu.37. & nu.42. Et confirmatur ex sententia Angeli in tracta.de carcerib. qui habetur inter tractatus Bartoli(licet illum alij Baldo tribuant)nu.17.vbi notat, quòd,cum iniustè quis carceratus est, potest ab amicis de carcere extrahi,etiam cū violentia,& iudice renitente.Et idem tenuit idem Ange.in additionib. ad Bartol.in.l.nemo carcerem.C.de exactorib.tributorum. lib.10. nume.11.cuius dictum refert & sequitur singulare illud & perpetuo notādum dicens Franciscus Curti.in repeti.d.l.vt vim.ff.de iusti. & iure. nume.21.Et deniq; quia negari non potest,quin carceres, his qui in eis detinentur,maximè cum personæ graues sunt,pœnam inferant, vt in.l.diuus Pius.ff.de custodia reorum.& in.l.2.C.eodem tit.Et species quædā seruitutis sit,vt in.l.2.ff.de libero homi.exhiben. Ex eoq; fiat,vt carceris horror alicui iniectus, iustus metus ad rescisionem promissi censeatur, vt in.l.qui in carcerem.ff.de eo quod metus caus.Et nimirum,cum carceres quidem omnes, quantumuis spatiosi seu speciosi sint, pœnam sua natura habeant,& libertatem minuant. Et custodia seu detentio in eis vix esse sine miseria,pædore, & penuria possit, vt optime traditur per Petrū Grego.lib.31.Syntag.iur.cap.33.Et ex eo quidem hæc in fortioribus terminis esse dicimus,quàm nostri sint,quòd licet ignominia illa &

corporis

corporis quidem afflictio ex personæ alicuius captura & missione eius in carcerem inducatur, infamia tamen non inducitur, vt in. l. 1. C. ex qui bus caus. infam. irrogetur. cuius verba sunt, *Infamiæ detrimentum minimè tibi affertur, ob id solum, quod in carcerem coniectus es, vel vincula tibi iussu legitimi iudicis iniecta sunt.* At verò, vt superius diximus, si estando suspendido y quitado el injusto effecto de las dichas sentēcias por las reclamaciones y supplicaciones hechas è interpuestas dellas por el dicho Conde, y los demas remedios intentados contra ellas por su parte, como en effecto lo esta vt in. l. furti. §. 1. ff. de his qui notantur infami. se mandassen ahora executar: necessario quidem id dictā infamiam induceret. Ac per consequēs irreparabile proculdubio damnū. d. infamię, & circa statum dignitatis pœnæ ex eo emergeret. Et præter alios Zasius in dicto. §. condemnatum, præmittens num. 3. & sequen. quod aduersus tres sententias conformes, ad earum executionem impediendam, non poterat admitti exceptio, quæ altiorem indaginem requireret: & illud cum alijs nu. 7. limitans, vt non procederet in his, in quibus irreparabile damnum exequutio inferret: id dicto nu. 7. exemplificat, quando agere tur de periculo vitæ, membri, famæ, honoris: ex quo si in eis executio fie ret, postea reparari non posset: quia eo casu concludit, quòd etiam aduersus tres sententias conformes exceptiones admitti debent: etsi impe ditissimæ & altissimæ (vt ibi inquit) disquisitionis sint. Ita quod conforme à lo que esta dicho, licet exequutio dictarum sententiarum non sit mortis naturalis, nec corporalis membri abscisionis: pero siendo, como seria, su effecto de la calidad, que esta dicho: id quidem sufficere debet ad hoc, vt en tal caso como este, siendo las dichas sentencias injustas, como lo son, per Regij huius prætorij Præfectū & Auditores: & ipsum deniq; Regem. D. N. earum exequutio impediri debeat.

Paria sunt, quòd irreparabile præiudicium ex aliquo facto sequatur, uel quòd difficilè reparari poßit.

¶ Quibus & ex abundanti addimus, quod paria in hoc sunt, quod irre parabile præiudicium ex aliquo facto sequatur, vel quod reparari quidem illud possit, sed difficile & cum magna difficultate. Et it post alios notat Alexan. in. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. possess. nu. 21. & Claudi. de Seysello in dict. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. nu. 38. & sequenti. cuius eam esse rationem dicunt, quòd impossibile illud censetur, quod valde difficile est. Et sequuntur alij, quos omittimus. Quod ex eo, hoc in casu ex abundanti adduci dicimus: quod in eo prorsus impossibile esset, saltem in totum & respectu temporis præteriti, consule re damno illi infamiæ & dignitatis status pœnæ & alijs, quæ ex tali exe quutione emergerent.

¶ Et

30 *Quod prædicta procedere, etsi dubium esset, an executio irreparabile præiudiciũ inferret*

¶ Et adhuc prædictis ex abundanti etiam addimus, quod, & quando estuuieramos en caso, quo dubium esset, an dictarum sententiarum exequutio irreparabile damnum inferret, nec ne: prout vere in eo casu non sumus: sed irreparabile proculdubio damnũ illud esset, como lo es el de vn tormento ò verguença publica. Adhuc quidem in eo casu, quo, scilicet in eo dubio essemus, earum exequutio impediri deberet, ex sententia Pauli de Cast. in. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. quam legit cum. l. 1. §. final. eius tituli. vbi cum num. 6. ex glos. ibi notasset, quòd quando violentia à magistratu infertur, nemo illi resistere potest, siue iustè illa, siue iniustè inferatur: in versi. item tertio, id limitat, vt non procedat, quando dubium esset, an grauamẽ, quod ex iudicis executione infertur, irreparabile esset, nec ne, quia tunc dicit, quod resisti ei posset. Quem ad hoc expresse refert, & est sequutus Deci. ibi num. 25. & idem Deci. in cap. si quando. de offi. delega. nu. 3. Et licet doctissimus ille vir longe deceptus fuerit in intellectu verborum Pauli de Castro in dicto loco, cum id quidem Paulus ibi non dixerit: sed quòd quando grauamẽ esset irreparabile, iudici exequenti resisti potest: non solum, quando manifestum esset, quod eius factum esset iniustum: sed etiam quãdo dubiũ esset an esset iustum, nec ne: non vero quando dubium esset, an grauamen esset irreparabile. Eius tamen conclusionem verissimam cẽsemus, & probari satis ex alijs, quæ ibi per eum adducuntur, scilicet, quòd semper in dubio via tutior eligi debet: & illud præterea, quod minus præiudiciale sit, vt ibi per eum. Et adhuc illa Pauli assertio est quidem in fortioribus multo terminis, quàm nostri sint: cum, vt sæpe diximus, manifestè hic de iniustitia & iniquitate dictarum sententiarum constet.

31 *Respõdetur tradi. Dida. de Couarru. de qua hic.*

¶ Nec receptissimę illi Innocentij sententiæ, de qua supra, obesse potest, quod tradit Couarru. lib. 1. varia. resolutio. cap. 1. nume. 7. versi. secũdum. vbi concludit, quòd etiam in criminalibus iudex non posset sentétiam ferre ex particulari scientia: & quod imo vel absoluere vel condemnare tenetur, ex his, quæ ipsi vt iudici per publica documenta constãt: quia nulla (inquit) ratio congrua est, nec dari potest, vt inter ciuiles & criminales causas hac in re distinguatur: quicquid in contrarium distinguere conentur Hostien. Inno. Abb. Feli. & alij in cap. pastoralis. §. quia vero. de offi. delega. Nec quod nume. item vlti. dicit, vbi licet plures allegando fateatur, quòd executor requisitus vt sententiam exequatur, nõ tenetur nec iustè potest eandem exequi, quoties notoriam iniquitatem aut intolerabilem errorem habet. Dicit tamen, quòd si sententiæ iniquitas executori ex scientia particulari & priuatim nota sit, potest, ac tenetur

tur sententiam executioni tradere, licet Abb. Felin. & Alcia. in contrariam sententiam ierint. Et quòd etsi iudex ordinarius requisitus à delegato, vt sentẽtiam executioni tradat viso processu, ex eo perceperit sententiam à delegato latam iniustam esse, non tamen notoriè nec euidenter iniquam, adhuc illam exequi tenetur, per tex. in dicto. §. quia vero. In quo & licet inferius primo dicat, quòd id procederet in causa ciuili, & quòd in criminali secus esset, vbi ad corporalem pœnam procedendum esset, quia eo casu dicit, quòd executor instructus ex actis non tenetur, nec potest sententiam exequi. Et quod Abbatis illa opinio defendi potest in eo casu, quo executor sententiam iniquam esse ex ipsis actis cognouit. Adhuc tamen statim subijcit, quòd id ita apud eum dubium erat, vt persuasum haberet, idem in ea speciè, quod in proxima dicendum esse. Cum is (inquit) executor iudex non sit ad eam scientiam ex processu illo percipiendam, nec ille ipsi processus vt iudici cognitus sit: & executor eius acta legens atq; examinãs, priuata in eo authoritate, nõ publica vtatur. Nõ inquã hæc obesse in proposito possunt. Primo, quia præcipua & principalis conclusio, quã Couar. in illo capite defendit, & ex qua omnia alia deducit, nimium quidem difficilis est. Et certe difficilis valde redditur ex late & notabiliter quidem traditis per Lucam de Pẽna in l.2. C. de tabula. lib.10. quem Couarru. non refert, nec forte vidit. In quo præter alia, dum Archidiaconus in cap.1. de re iudi. libr.6 in eius probationem, quòd quando iudex habet de aliquo aliam consciẽtiam vt homo, & aliam vt iudex, iuxta eam conscientiam, quam vt iudex habet, facere debet, dixit, quòd eo casu id facit nõ tanquam ipse, sed tanquàm alius. Eleganter aduersus eum dicit, quod imo si iudex aliquid agit aduersus id, in quo propria eum conscientia vrget, ipse vt ipse nõ tãquam alius ex eo damnabitur: & quòd ob id ipse debitas sustinebit pœnas, & absq; eo quod alteri eas delegare possit. Et parcant (inquit) tales mihi allegationes inducere, cum nihil aliud illud sit, quam cauteriatis conscientijs ex herbarum folijs texere perizomata, & non adhibere medicamen vulneri, sed velamen. Secundo quia sua illa vltima cõclusio & opinio singularis videtur, & contra receptissimam aliorũ omnium sententiam, qui supra citati sunt. Tertio quia in sua illa opinione nutasse ipse satis, fluctuasseq; videtur, vt ex eius verbis constat. Quarto, quia & ipsemet Couarru. in eodem illo capite numero penulti. ad fin. versi. satius, fatetur quòd in eo casu iudex tenetur quamlibet viam tentare, vt innocens eius testimonio absoluatur. Quinto, quia in hoc quidem casu Regijs auditoribus nõ solum priuatim & ex particulari scien-

tia, sed vt causę etiam iudicibus & publica authoritate ex huiusmet litis processu, eiusq; actis dictarum sententiarum iniquitas constat ac nota est: cum, omisso interim lo que toca à los sobornos de los testigos presentados contra la dicha Doña Beatriz y la vileza y perjurios dellos: consta, que por todas quantas probanças se pretēdieron hazer ò hizieron contra ella, tales quales son y fueron, nunca se prouo sufficientemēte assertum illud primum matrimonium, y menos que la dicha Doña Beatriz vuiesse sabido, que vuiesse passado y contraydo se realmente. Et adhuc mucho menos lo de la colusion, que han dicho de las sentēcias del Vicario de Toledo. Et quòd en lo que toca à lo de la dicha colusiō, jamas vuo ni se presento testigo, que dixesse ni depusiesse, que la dicha Doña Beatriz lo vuiesse sabido: ni tenido de ello noticia alguna: prout & hoc vltimum constat ex ipsamet auditorum Rotæ decisione, que se ha presentado, ò presenta por el dicho Conde. Y que, vt superius diximus, vltra ea, quæ ad factum & litis processum pertinent: manifestè ex dicta decisione apparet, quod ex iuris errore dictæ sententiæ latæ fuerunt. Quo maxime casu auxilij secularis brachium denegari debere cōstat, vt pręter alios notat Petrus Bellug. in speculo Principum, rubri. 11. §. tractandum, nume. 4. fol. 33. pagi. 2. versi. maxime si talis requisitio. Sexto, quia decisio textus in dicto. §. quia vero, & per consequens conclusio illa Couarru. tantum procedere possent in iudice inferiore, qui superioris sui sentētiæ merus exequutor esset, vt præter alios notat Lucas de Penna in dicta. l. 2. col. 3. in fin. versi. non obstat. d. §. quia vero. Secus vero proculdubio est in iudice seculari, cuius brachium ab ecclesiastico inuocatur, ad executionem sententiæ ab eo latæ super crimine, de quo secularis etiam cognoscere posset: quia tunc quidem si iniustam illam sic videt, vel scit: exequi eam non tenetur, nec arctari ad id ab ecclesiastico iudice potest, vt superius latè traditum est, per textum in authen. de sanctissimis episcopis. §. si quis autem. cum sequenti. Et ita declarat Lucas de Penna vbi supra, colu. penulti. versi. vnde licet. & latius in. l. 1. C. de priuilegijs scholarium, lib. 12. & alij item omnes, quos superius citauimus. De quo non videmus, quòd Couarru. vbi supra meminerit. Septimo & vltimo, quia & hoc quidem negotium en effecto se ha de determinar per ipsummet Principem & Regem. D. N. ex consilio huius sui Regij prætorij Præfecti & Auditorum, vt apparet por su cedula real, que esta presentada, & ex textu illo, de quo supra meminimus in dicto authen. de sanctissi. episcop. §. si vero crimen. ibi, *Et ita ad nos negotium tam ab episcopo, quam à iudice referatur, vt nos hoc cognoscētes, quæ nobis videntur*

dentur iubeamus. Ad quod & conducit tex. in l. itaq;. cum præcedenti. ff. de fideicom missar. liberta. cuius verba sunt. *Itaq; hoc casu Princeps adeundus est, ut & in hoc casu libertati prospiciatur.* & in. l. 2. in fin. ff. si libertus inge. esse dice. ibi, *Qui post quinquennium instrumenta se ingenuitatis reperijsse asseuerant, de ea re ipsos Principes adire oportet cognituros.* Et textus in. l. 1. §. final. ff. de quæstionib. ibi, *Principi eum scribere oportet, si quando ei, qui nocens videbatur, postea ratio innocentiæ constiterit.* Et in. l. diui fratres. §. 1. ff. de pœnis. ibi, *Imperatori scribatur, adiecta sententia à Præside.* Et illud quidem quod tradit Couarru. in prædicto loco, & fere per totum illud caput, tantum procedit in iudicibus particularibus, seu his qui magistratus in republica gerunt, non vero in ipso Principe, vt id est satis notum, & fatetur ipse ibi nume. 7. ad finem, versi. Princeps tamen. Et præter alios notat Ioan. de Imol. in dicto cap. pastoralis. §. quia vero. de offi. delega. nume. 48. & Ias. in. §. si minus. institu. de actionib. nume. 15. in fine. & Roland. à Valle consil. 70. libr. 1. nume. 20. & sequen. & Ioan. Oroscius in. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. Præsid. nume. 13.

¶ Nec obesse vllo modo poterit, quod in contrarium primo adductum fuit, ex eo quòd aunque las dichas sentencias sean injustas, como lo son, nihilominus dici posse videbatur, quòd dicto Comiti nocere deberent, per ea, quæ ibi adducta sunt. Quibus en razon de lo del perjuyzio y daño de la infamia, de quo superius est dictum, & quod ex earum exequutione sequeretur: addere possent glossam in præallegata. l. athletas. §. final. ff. de his qui no. infa. & in. l. si furti. C. ex quibus causis infam. irroge. vbi in quæstione illa, an quo ad infamiam inspici debeat veritas, an sententia? Concludit, quòd eius etiam respectu authoritas sententiæ veritati præualet. Et quod notat Bald. in dicta. l. si furti. dicens quòd licet eo casu re vera quis infamis non sit, verum quòd id allegare nõ potest: vnde pro infame (inquit) habetur, quia sententia in eo obstruit sibi os, cum contra eam dicere non posit. Non, inquam, hæc obesse in proposito possunt: cum verè ea omnia essent por palabras expressas ò equipolentes astruere ac contendere, quòd coram Rege. D. N. hocq; Regio ipsius Prætorio no ha de valer al Conde la verdad, & quod operari id habent sentencias dadas en otro tribunal, aunque sean injustas. Quod ipsi viderint, qua fronte, quo pudore tueri posit. Imo plane id asserere impudens esset: & punitione magis quam confutatione dignum: cum Regio id officio supremæq; eius dignitati directò & manifestè repugnet, vt præter alia, quæ omittimus, probatur ex textu in. l. 13. titu. 13. parti. 2. ibi, *Como es puesto para mantener los en justicia è en verdad, è dar à cada*

32 *Respon[...]ur primo fun[da]mēto ad aduersæ partis.*

vno su derecho, segun su merescimiento, è para defenderles, que no reciban mal nin fuerza. Vbi Grego. Lopez dicit, quòd ex ea lege corroboratur antiqua Hispaniæ consuetudo, & iure fundata & approbata, secundum quã Rex cognoscit de violentijs, etiam inter ecclesiasticos: quam & rationabilem multùm & reipublicæ vtilem dicit, cum, vt ibi inquit, plures insolentias tollat, & manifesta iudicum ecclesiasticorum grauamina. Et l. res iudicata. ff. de regu. iur. cum simil. Principis respectu non procedit: vt ibi notat Deci. nume. 3. Et Salicet. in dict. l. si furti. loquens in terminis glossæ ibi, & allegando tex. in. l. 1. in fin. ff. de quæstio. satis vult, quòd quando Principi constat de iniustitia sententiæ seu sententiarum, earũ executionem permittere non debet. Et præterea licet sententia faciat de debito indebitum, vt in. l. Iulianus verum debitorem. ff. de condi. indebi. Et per eam, vt diximus, quoad effectum veritas mutari videatur, etiam de iure canoci co, quia, vt dicit Anto. de Butr. in cap. inquisitioni, de senten. excõmuni. nume. 2. cum duobus sequen. finis iuris canonici contentiosi non est in totum ad salutem directiuus: verum, vt ibi ipse fatetur, & superius etiam diximus, omnino secus est in foro conscientiæ: quia cum veritati semper forus hic nitatur, in totumq́ in salutem & veram patriam directiuus sit: in eo magis veritas attendi debet, quam fori opinio & iniusta sententia: & sequitur Felin. in cap. nouit, de iudi. vbi id perpetuo notandum dicit. Et Princeps quidem secundum conscientiam iudicare debet, & sola veritate inspecta, perinde ac Deus ipse iudicaturus esset, vt notat Bal. in. l. fin. in princip. nume. penulti. C. de iure deliberan. & præter alios sequitur Deci. in. l. bonorum, lectu. 2. C. qui admit. nume. penul. & in cap. dilecti, de iudi. nume. 3. & Ioan. Orosci. in. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. Presi. nu. 12. & sequen. vbi notat, quod quemadmodum iudex pœnitentialis, sicut Deus ipse secundum veritatem iudicat: ita etiam Princeps, quia ad Dei etiam instar iudicium eius procedit. Vbi & alias eius aliorum Doctorum rationes refert.

33 *Respondetur ad tex. in cap. fi. de exceptio. lib. 6.*

¶ Nec item obesse potest præallegatus ille textus in cap. fi. de exceptio. lib. 6. Primo, quia nec ille quidem text. nec iura alia de re iudicata disponẽtia, cum sint fundata in præsumptione, locum habere possũt in foro conscientiæ, quæ veritate nititur: & ita, speciali illius tex. mentione facta, notat Decius in cap. nouit, de iudi. num. 10. Secundo quia ita demum, execeptio rei iudicatæ, de qua in illo text. præiudicare potest, vbi admitti ea de iure debet, & non alias, prout nulla ad hoc ad eum glossa opus est, cum ipsemet tex. id dicat: & se in eo expresse limitet, ac declaret, in illis, scilicet, eius verbis, *vbi alias de iure debet admitti.* Tertio,

tio, quia & ille text. tantum procedit, quando ea rei iudicatæ exceptio in derogationem iurisdictionis ecclesiasticæ & contemptum: à iudicibus secularibus non admitteretur, vt expresse etiam probatur in eo tex. ibi, *in derogationem iurisdictionis ecclesiasticæ & contemptum*. Quare secus dicendum constat, quando non in eius iurisdictionis derogationem & contemptum, sed ex iusta alia causa non admittitur. Et notat Archi. ibi. super verbo illo, contemptum, dicti tex. notandum esse in eo dicens, quod aliud est contemnere, aliud vero non parere, prout id notauit glo. quam allegat in cap. quis autem. 10. dist. Quarto quia in his quidem pœnalibus nullo modo procedere potest. Et probatur ex sententia Baldi consilio. 260. libro. 3. vbi cum quidam laicus monialem quandam cognouisset, & inquisitione per episcopum aduersus illum super eo facta, quia delictum ipse negaret, & non fuisset probatum, absolutus ab episcopo fuisset per sententiam diffiniuam. Baldus ibi quærit, vtrum iudex secularis posset de nouo cõtra eum procedere & inuentum culpabilem punire. Et licet videri primo dicat quòd non, sed quòd super eo obstet exceptio rei iudicatæ, per textum in. d. cap. fi. Et quia, vt ibi dicit, episcopus maior est quam potestas: & inferior non potest pronuntiare contrarium eius, quod pronuntiauit superior. Et quia sententia illa episcopi non debet illusoria remanere. Et quia in sacrilegio episcopus habet principalem iurisdictionem. Et quia secularis iudex non potest cognoscere de causa dictæ monachæ. Et quia quemadmodum si laicus ille fuisset condemnatus ab episcopo, & satisfecisset, non posset vlterius aduersus eum procedi: idem dicendum videtur, si fuerit absolutus: cum absolutoria sententia condemnatoriæ æquiparetur, solutione seu satisfactione sequuta: vt in iuribus ibi per eum allegatis. Sed in contrarium allegat, quia vt ibi dicit, episcopus non potest auferre iudici seculari suam iurisdictionem, nec ei mandare, ne suo iure vtatur. Et quia eius criminis cognitio non potest per solum episcopum auferri iudici seculari. Et quia in casibus criminalibus iudex secularis non tenetur stare processui iudicis ecclesiastici, sed ipse per se debet examinare crimen. Et quia constitutio episcopi non arctat iudicem secularem, ac per consequens nec eius sententia, vt ibi per eum. Et tandem cõcludit: quod eo casu episcopus absoluendo delinquentem, seculari iudici imperij vel ciuitatis præiudicare non potest, nec illi processum impedire: quia, vt ibi dicit, quilibet in suo foro maior est. Et dicit, quòd hæc est veritas de iure ciuili. Et eum refert & sequitur Petrus de Ancharr. in regul. ea quæ. de regul. iuris lib. 6. nu. 16. versi. nono quæro. licet in eius

quæstionis initio dicat, quod secus esset in ciuilibus: quia in eis fatetur, quod sententia lata in vno foro pareret exceptionem rei iudicatæ in alio. Et licet Bald. in fine prædicti consilij dicat, quòd de iure canonico probabiliter dici posse videtur, quòd de delicto commisso in clericum vel monachum episcopus posset cognoscere, & plene absoluere, per dictũ cap. fin. de exceptio. lib. 6. sed adhuc in eo Ancharra. vbi supra dicit, quòd id dicere tutum non est. Et in versi. concludo, expresse dicit, quòd concludit, quòd absolutio vel condemnatio à iudice ecclesiastico in his pœnalibus facta, non producit effectum rei iudicatæ quoad iudicem secularem. Ad quod & alia plura allegat. Et inferius in versi. per quæ prædicta, rursus dicit, verum non esse, quod in delictis communibus foro canonico & seculari condemnatio vel absolutio laici delinquentis facta ab vno, pariat exceptionem rei iudicatæ coram alio. Licet secus esse dicat, quando crimẽ est mere ecclesiasticũ, vt hæresis vel simonia, quia tũc fatetur, quòd sententia & processus iudicis ecclesiastici solum considerari debet, & ius facit, cùm, vt ibi inquit, de eo crimine secularis iudex cognoscere non posſit: & sequitur Deci. in cap. atsi clerici. de iud. nu. 15. Et idem voluit idem Ancharra. in regula, peccati venia. de regul. iur. eodem libr. vbi etiam quærit, quid si aliquis de aliquo crimine diffinitiuè per iudicem ecclesiasticum absoluatur, an poterit amplius de eodem crimine per aliquem pro suo interesse apud iudicem secularem inquietari? Et licet videri dicat, quòd non, per quædam, quæ ibi allegat: & maxime, quia in eo videtur obstare exceptio rei iudicatæ. In contrarium tamen facere dicit, quòd dicta sententia absolutoria, cum iniusta sit, non prodest quoad Deum: quemadmodum nec condemnatoria obesset, cũ Dei iudicium veritate innitatur, nec falli posſit. Et deniq; concludit, quod siue absolutoria, siue condemnatoria sit, in vno foro lata, in alio non præiudicat. Et Baldum & Ancharranum sequitur Areti. consil. 58. nume. 8. cum sequen. vbi expresse etiam notat, quòd in pœnalibus nec sententia condemnatoria lata in foro ecclesiastico impedit, quin de eodem crimine agi posſit in foro seculari: nec sententia absolutoria. Et Ioan. de Anania in cap. qualiter & quando. el. 2. §. ad corrigendos, de accusatio. nume. 21. vbi expresse etiam notat, quòd dict. cap. fin. de excep. lib. 6. tantum procedit in ciuilibus, non in pœnalibus. Et sequitur Felin. in dicto cap. atsi clerici. de iudi. nume. 4. versi. vide tamen textum. vbi expresse dicit, quòd ita limitatur tex. in dicto cap. fi. Et idem Felin. in cap. de his. de accusatio. nume. 13. & Alcia. in cap. 1. de offi. ordi. nume penul. versi. nec obstat dictum cap. fin. vbi & nume. 128. versi. quid tenendum,

præallegatam Baldi & Ancharra. sententiam communiter receptam dicit. Et idem sequitur Couarru.lib.2.variar.resolutio.cap.10.nume.6. vbi etiam dicit, quòd quando crimen est misti fori, vt sacrilegium, sortilegium, diuinatio, & similia, licet reus fuerit absolutus in foro ecclesiastico: nihilominus potest apud iudicem secularem iterum accusari, crimenq; ipsum examinari & puniri: & quòd id omnium consensu receptum est: & quod etsi à iudice ecclesiastico reus ob hoc crimen punitus fuerit, iudex secularis adhuc iustè poterit idem crimen examinare, & eius authoré punire: cũ pœna à ecclesiastico inflicta sufficiens non est ad criminis punitionem nec culpæ cõmensurata: & sic quum sententia ab eo lata iusta non est. Ita quod iuxta tradita per dictos Doctores, de la manera que, si quando la parte contraria vuiera obtenido en su fauor sentencias de vista y reuista en el Consejo Real en tenuta ó possesion de los bienes, sobre que es este pleyto, por auer prouado bastantemente el impedimento que dize, y la sciencia del, y ambas à dos cosas llanamẽte y sin difficultad: y por prouanzas, q̃ las concluyerá muy bien. Y auiedo se le dado la dicha possesion de los dichos bienes y estado conforme à las dichas sentencias y executoria dellas, y estando en la dicha possession, y auiendo estado en ella muchos años: viniera despues el Conde con executoriales de sentencias, en que injustamente se pronunciara lo contrario de lo determinado por las del Consejo: es cierto que los tales executoriales no se deuieran cumplir ni executar, ni quitar por ellos los dichos bienes ni estado à la parte contraria. Eadem ratione, idipsum hoc in casu dicendum est: imo fortiore quidem, por el dicho daño y perjuyzio tan graue prædictæ infamiæ iuris dictæ. D. Beatricis, & eius memoriæ, & iniustæ etiam infamiæ facti in persona dicti Comitis.

¶ Nec vltimo obesse potest præallegatus ille tex. in cap. pastoralis. §. quia vero, de offi. delegati, ex his quæ latè superius tradita sunt, quæ omnia sunt in eius terminis. Quibus & in hoc addimus And. de Isern. in præallegato proœmio, post mundi machiná, vbi dicit, q̃ licet alias pro sententia iudicis, quæ in rem iudicatã trãsiuit præsumi debeat, quod iusta sit: & ex eo dicendũ videatur, quod secularis iudex præsumere debet, q̃ sentẽtia ab ecclesiastico lata iusta sit, & sic debeat ad eius exequutionẽ suum brachium requisitum impertiri: sed quod ea præsumptio tantũ procedere potest inter subditos, non quoad iudicem secularem, qui requisitus est, vt sententiam iudicis ecclesiastici exequatur: cum par in parem non habeat imperium. Et refert Afflict. ibi nume. 53. dicens quòd id sentit Inno. in cap. 1. de offi. ordi. vbi &, vt superius diximus, sine dubio 24

Respondetur tex. in cap. pastoralis, §. quia vero, de officio delega.

nume.

nume. 59. & sequent. procedere concludit in crimine, de quo secularis etiam cognoscere poterat: & quū sententiam ab ecclesiastico latam iniustam esse videt.

35 ¶ Et adhuc prædicta omnia confirmantur ex sententia Innocen. in cap. cum in iure, de offi. delega. nume. 3. in fine, vbi expresse dicit, quod si vnus ordinarius pari ordinario mandet executionem sententiæ, prout id potest, vt in cap. postulasti, de foro competen. & in. l. à diuo Pio. §. 1. ff. de re iudi. & ordinarius ille, cui ea exequutio demandatur scit sententiam iniustam, vel vehementer & probabiliter iniustam esse suspicatur, non debet eam mandare exequutioni argu. cap. 1. de offi. ordi. cum ibi not. quem refert & sequitur Ioan. Andre. nume. 21. ad finem. Et ibi Cardina. colu. penulti. versi. decimo nono quæro, vbi id dicit diligenter notandum: & expressè etiam Angel. in. l. si vt proponis, C. de executio. rei iudica. nume. 1. versi. item attende. & Hippoly. singula. 158. iudex vnius territorij, nume. 3. Et licet Ioan. de Imol. in dicto cap. cum in iure, nume. 36. aduersus illud Innocen. dicat, quod imo videtur, quod licet in eo casu iudex par non teneatur obedire, nec ad id cogi possit per mandantem: tamen malè faciat non exequendo, licet sententiam iniustam sciat, cum ex quo in rem iudicatam transiuit, iuris dispositione iusta censeri debeat: atque ideo, quod si eam exequi non vellet, posset implorare officium illius, qui eius superior esset, vt eum ad exequendum cogeret. Et idem dicat idem Ioan. de Imol. in. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. nume. 2. versi. quatenus tamen. Proculdubio tamen illa Inno. & aliorum sententia in pœnalibus procederet: imo in ciuilibus etiam, si superior ille, de quo Imola dicit, Princeps esset, ipsisq; de iniustitia sententiæ constaret, seu fides illi de ea fieret: ex eis quæ superius adducta sunt. ¶ Et eadem præterea confirmantur ex sententia Hostien. in dicto cap. 1. de offi. ordina. colu. 2. vbi dicit, quod licet spiritualis gladius tanquam cereus ardens ac illuminans præcedere debet: & sequi postea ad conterendum rebelles tanquam malleus secularis: sed quia, vt ibi dicit, id nō semper contingit, sed aliquando cæcus à cęco ducitur: fatetur, quod qui subditus non est, sententiam exequi non tenetur, quam iniustam esse scit, cum in bono tantum auxilium impertiri debeat, vt in cap. penul. & fin. 11. distin. ¶ Et Baldi etiam ibi, nume. 8. versi. modo ego, vbi quærit nūquid tali casu episcopus inuocare possit auxilium brachij secularis? Et respondet, quod non, expressè dicens, quod si illud inuocaret, iudex secularis, qui habet conscientiam læsam non debet ei obedire, cum id non esset beneplacitum Deo, arg. illius tex. & quod no. in. l. 1. C. de bon. poss.

Confirmantur omnia prædicta ex alijs Doctorum traditionibus.

secund.

ſecundum tabul. in gloſ. ſcilicet final. ibi, *Cum habeat bonam conſciẽtiam.* Et inferius nume. 15. dicit, quòd licet aliàs vnus epiſcopus teneatur exequi ſententiam alterius epiſcopi, etſi iniuſtam illam eſſe ſciat: ſed quod ſecus eſſet in temporali & eccleſiaſtico: quia, vt ibi dicit, vnus non eſt ſuperior alterius, ita quod arctare illum poſsit ad aliquid faciendum contra conſcientiam. Et rurſus nume. 16. dicit, quòd licet ſubditi debeant exequi ſententias ſuorum maiorum, etſi iniuſtæ ſint: ſed quòd ſeculares poteſtates non tenentur, nec debent iniuſtas epiſcoporum ſentẽtias exequi: imo nec vnus epiſcopus ſententiam iniuſtam alterius epiſcopi, cum pares ſint. ¶ Et Antonij de Butrio in eodẽ loco, vbi quamuis primo dixit, quòd ſecularis tenetur exequi ſententiam iudicis eccleſiaſtici, & quòd non poteſt exceptiones iniuſtitiæ admittere: niſi, prout poſſet exequutor alius: in vltimis tamen verbis per illum textum allegando Innocentium ibi, expreſſe dicit, quód ſi iniquê agi noſcit, non debet exequi, nec dare brachium ſeculare. ¶ Et Cardinalis Zabarellæ in eodem etiam loco, colu. penulti. verſi. ex prædictis. vbi ex notatis per Innocentium & Hoſtien. ibi, eos ſequutus infert, quòd ſi Inquiſitor hæreticæ prauitatis tradit aliquem iudici ſeculari, iudex ſecularis poteſt petere ſibi oſtendi proceſſum, vt videat an iuſtê damnatus ſit. Et quòd Pilatus non debuit præbere brachium ſuum iudæis, ex quo ſciebat, quòd per inuidiam ſibi CHRISTVM tradiderant, vt in Euangelio: atq; ideo non excuſatur. Et eiuſdem Cardinalis in Clementi. paſtoralis. §. deniq;. de re iudica. in vltimis verbis, vbi expreſſè etiam notat, quòd licet aliàs iudex requiſitus remittere debeat condemnatum: ſed quòd illud procedit, niſi conſtaret, quòd fuiſſet iniuſtè condemnatus: quia tũc dicit, quòd eum remittere non debet, & quòd aliàs ædificaret ad gehẽnam, tanquã faciens contra conſcientiam. ¶ Et ex ſententia item Oldradi conſil. 89. vbi licet, videri in hoc primò dixiſſet, quòd quando epiſcopus inuocat brachium ſeculare, Princeps ſeu iudex ſecularis debet eum iuuare, etſi ſciat ſententiam iniuſtam, per textum in dicto cap. paſtoralis. §. quia vero. de offi. delegat. cum ſimilibus. Sed contrarium indiſtincte concludit: quia, vt ibi ait, in nume. 3. in fi. ad denotandum, quòd non debet brachiũ ſeculare in iniuſtis ſuum auxilium impertiri, textus in cap. 1. de offi. ordina. dicit, quòd debet eccleſiaſticos iudices iuuare ad ea, quæ Deo ſunt placita exequendum, non ad præiudicandum. Et idem tenuit Alberi. in. l. epiſcopale. C. de epiſcopal. audien. ¶ Et Frederici de Senis quæſtio. 163. ad finem, verſi. ad vltimum, vbi licet in dict. quæſtione conſulit, quòd petitum & inuocatum ſubſidium, & auxilium brachij ſecularis præſtari de-

bet: in dicto tamen versiculo expresse dicit, quòd id non procederet, quando nullitas vel iniquitas processus esset in euidenti, quia tunc fatetur, quòd impune ecclesiastico iudici non pareretur, quem in eo refert & sequitur Deci. in cap. si quando, de offi. delega. nume. 4. & Nauarrus in cap. cum contingat de rescript. pagi. 155. ¶ Et Petri de Ancharra. cõsil. 167. visis dilige[illegible] nume. 2. vbi notat, quòd iudex ex officio debet occurrere manifestæ iniquitati, etiam si parti esset via præclusa per pactum. Et eiusdem Ancharrani consil. 382. retento ordine. nume. 8. vbi allegando Ioannem Andre. in dicto cap. cum in iure. de offi. delegati. etiam notat, quòd quando vnus ordinarius committit exequutionem alij ordinario: si requisitus sciat, vel vehementer suspicetur sententiam esse iniustam, non debet eam exequi, cum non teneatur præstare suum auxilium ad præiudicandum, sed ad ea tantum, quæ Deo sunt placita, prosequendum: & id non contingat in sententia nulla vel iniqua: imo etiam Papæ iudex secularis contra iura obedire non debeat, vt in cap. si quando. de rescrip. Et rursus nume. sequenti expresse etiam notat, quòd nedum euidens nullitas, sed etiam euidens iniquitas impedire debet exequutionem sententiæ, & cuiuscunque præcepti iudicialis. Et addit quod nõ obstat tex. in cap. fi. de exceptionibus, lib. 6. vbi iudex secularis debet sequi sententiam iudicis ecclesiastici: quia illud verum, nisi cum nulla vel iniqua euidentet apparet. Quem præter alios sequitur Felinus in cap. at si clerici, de iudicijs. nume. 4. versi. item limat Petrus de Ancha. Vbi & alios allegando concludit, quod hæc est firma, vera & communis conclusio, quod in criminalibus secularis non tenetur stare processui iudicis ecclesiastici. Et idem Felin. in cap. cum sit generale, de foro competen. nume. 8. vbi etiam dicit, quod excepto crimine hæresis, iudex secularis potest reuidere processum, qui ab episcopo exequi iubetur: & quod textus in dicto cap. final. non procedit in sententia euidenter nulla vel iniqua: et præterea quod textus in dicto cap. pastoralis. §. quia vero, tantum procedit, quando sentiæ exequutio inferiori committitur, non vero, quando par requirit parem. Et idem Felinus in cap. 1. nu. 22. de iureiur. & in c. 2. de sponsal. nu. 31. vbi hãc responsionẽ ad. d. c. fi. diligentissime notãdam dicit. Et Ancharranũ in prædicto loco sequitur etiam Decius in d. cap. at si clerici. de iudi. nu. 14. ¶ Et eadem etiam probantur ex notatis per Stephanum Aufre. in tract. de potestate secula. super ecclesijs & perso. ecclesiasti. regul. 4. nume. 31. versi. vigesimo septimo fallit, & nume. sequen. vbi per textum etiam in præallegato authẽtico de sanctissimis episcopis. §. si vero crimen. plures allegando, no-

tat, quòd quando iudex ſecularis aſtringitur ad exequendam ſententiá iudicis eccleſiaſtici latam in cauſa criminali,iudex ſecularis cognoſcere poteſt de iuſtitia proceſſus, & quòd iſta eſt cõmunis opinio legiſtarum. Et licet dicat,ꝙ non procederet in crimine hæreſis,quia in eo crimine ſecularis iudex ſimpliciter exequi tenetur ſententiam iudicis eccleſiaſtici,vt in. d. cap.vt inquiſitionis. §.prohibemus. & referat Panormitanũ in dicto cap.1.dicentem ſe putare, quòd textus in dicto. §. prohibemus. procederet etiam in alijs criminibus mere eccleſiaſticis, ſed dicit, quòd in eo contrarium ſeruari vidit. Et refert eundem Panormitanum & Antonium dicentes, quòd in alijs criminibus & in cauſis ciuilibus iudex ſecularis non tenetur ſtare proceſſui iudicis eccleſiaſtici. Quod (inquit)in criminibus miſti fori procedit indubiè,ſed non reſpectu cauſarum ciuilium, propter cap. final. de exceptio. libro. 6. Et idem Doctor in tracta.de poteſtate eccleſiæ ſuper laicis nume.20.verſi.vigeſimo ſexto. licet ex ſententia gloſſæ & aliorum in.d. cap.1. dicit, quòd iudex eccleſiaſticus compellere poteſt iudicem ſecularem per excommunicationem ad ſibi dandam familiam & auxilium, & vt ſententiam ſuam exequatur: & addit, quod ad id facit textus in cap. final. de exceptio. lib.6. & quòd in ea dictæ ſententiæ executione ſecularis iudex videtur inferior :ſed Panormitanum ſequutus in dicto cap.1.id limitat, niſi iudex ſecularis ſciret ſententiam iniuſtam, quia tunc fatetur, quod non teneretur illam exequi, ſaltem in criminali, cum non debeat eſſe exequutor ad malum contra conſcientiam. ¶ Et per Nicolaũ Boëri. deciſ. 90. in pricinp. vbi alios etiam ſequutus tenet,quod excepto hæreſis crimine, in alijs criminibus iudex ſecularis non tenetur ſtare proceſſui iudicis eccleſiaſtici, nec illi fidem adhibere, nec eius ſententiam ſequi. ¶ Et ex notatis per Ioannem Bernardum in practi. criminali, cap. 133. nume.2. vbi etiam notat, quod cum aliqui, qui criminoſi dicuntur, iudicibus ſecularibus ab eccleſiaſticis remittuntur,niſi in crimine hæreſis:iudices ſeculares petere poſſunt, vt ſibi fides fiat de proceſſu contra eos facto : cum enim (inquit) punire illos debeant tanquam ſubditos, iuſtũ eſt, vt conſtet ſibi, illos deliquiſſe. Et idem voluit idem Ioan. Bern. cap.141.nu.4. ¶ Et per Auileſium cap.20.prætorũ. num. 19. & ſequen. vbi aliquos etiam ex prædictis referens, notat, quod brachium ſeculare non debet quis impertiri, quando conſtat, iniuſtè quem condemnatum fuiſſe, & quod dicto crimine hæreſis excepto, in alijs criminibus iudex ſecularis nõ tenetur ſtare proceſſui iudicis eccleſiaſtici, ſed quod cauſam iterum examinare debet. ¶ Et per Ioannẽ Redin de maieſtate

Princi

